



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

I. Finis Relaxationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Oremus.

DEUS qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici ad nos expelleres potestatem; concedenobis famulatus, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

RELAXATIO ANIMI.

Cum à mensa statim graves seriosque labores aut studia resumere, sanitati viribusque corporis: & animi non conducatur; relaxatio nonnulla adhiberi potest, quae animis jugiter studiis, precibusque occupatis, non minus necessaria saepe est, quam civibus corporibus: Ab Aristotele L. 1. Rhet. c. 38. enumerantur haec: relaxatio, intermissio, ludii, quies. Ordinariè magis convenit quies cum aliquo colloquio jucundè pio, & piè jucundo; & erit relaxatio, honesta, utilis & amena.

I. Finis Relaxationis.

II. Finis ad quem recreatio animi dirigenda est, nova alacritas & robur ad labores mentis & studia peragenda ad maiorem Dei gloriam. II. Mutua inflammatio

matio in spiritu; charitatis fraterna con-
servatio; in servitio divino letitia. III.
Zeli animarum excitatio, rerum spiritua-
lium major cognitio, & acquisitio. habi-
tus cum proximo colloquia. Spiritualia
miscendi.

II. Materia Colloquii.

RES quae adducuntur in Colloquium sine
bona. I. Quoad substantiam; ut sunt
res omnes piae, coelestes & divinae. II. Vel bo-
nae ex fine, ut sunt adiaphora seu indiffe-
rentia, bonâ intentione prolata. III. Eae
bonae quoad modum; ut eâ quâ par est cau-
telâ, modestiâ, reverentiâ, serenitate, mo-
deratione vocis ac corporis totius composi-
tione proferantur. Hujusmodi praecipuae
sunt. I. Mystera Fidei, beneficia divina,
iusta Dei iudicia, opera naturae, gratiae,
gloriae, praemia & supplicia. 2. Exemplar
varia & specula omnis perfectionis, dicta,
facta, cogitata ex vita Christi, B. V. San-
ctorum, aliarumq; personarum Illustrium.
3. Media ad triplicem viam perfectionis
spectantia, industria & praxes vitia ex-
stirpandi, virtutes inserendi, & in omnî
perfectione proficiendi.

III. Mea-